



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

Privilegium XXII. Donatio facta Monasterio non revocatur propter  
ingratitude[m] Prælati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

PRIVILEGIUM XXII.

Donatio facta Monasterio non revocatur propter ingratitudinem Prælati.

- 1. Procedit assertum, nisi Prælati cum Conventu ingratus esset.
- 2. Quasnam sint causæ ingratitudinis, ex quibus revocatur donatio.
- 3. Quare plures causæ sint exheredationis.
- 4. Ius revocandi donationem est personale.

**D**onationem revocari posse propter ingratitudinem Donatarii, patet ex L. fin. C. de Revo. donat. sed facta Ecclesiæ vel Monasterio, licet Prælati etiam una cum Conventu ingratus esset; quia in donatione facta piæ causæ principalis Donatarius est Deus, Barb. in c. fin. de Donat. n. 15. Clarus d. q. 20 n. 5.

**2.** Ad materiam declarationem obiter hic addimus, 5. tantum ingratitudinis species esse expressas in d. l. fin. propter quas donatio revocari possit. I. si Donatarius in Donatorem impias manus injecerit. II. si atroces injurias (verbales, ut à priori injuria fiat distinctio) in eum effuderit. III. si græve damnum rebus ipsius inferre præsumpserit. IV. si vitæ insidiatus fuerit. V. denique si conditiones seu conventiones in donatione appositæ non impleverit. Unde quia Imperator in d. l. fin. inquit, ex his tantummodo causis revocari posse donationem, communiter DD. inferunt, quod alia causæ licet ad exheredationem liberorum sufficientes excludere censentur; neque revocari possit Donatio, quamvis Donatarius Donatorem captivum non redemerit, furtivum non evaserit &c. Quare autem istæ causæ pro exheredatione liberorum assignata sint in Nov. tit. 6. 3. & non tot & tales pro revocatione Donationis, ista videtur assignari posse ratio, quod liberi non tantum teneantur malum non agere contra parentes, sed etiam teneantur ipsis *positivè* beneficere, utpote à quibus vitam, bona, & educationem accipiunt, & non facit suum officium filius, si patri injuriam non inferat, nisi etiam egentis & in periculis constituto succurrat; at verò Donatarius qui tantum unam vel alteram rem donatam accipit, tenetur potissimum injuriam Donatori non inferre, alias si teneretur etiam *positivè* beneficere Donatori, Donatio non esset contra liberalitatem, sed potius contractus

nerosus *do. ut facias* &c. \* Denim etiam illud adici potest, quod Ius revocandi donationem propter ingratitudinem, ex parte donantis de donatarij sit ita personale, ut nec hereditariè nec contra heredes detur. L. his solis, 7. v. *personalis*, l. fin. v. *hoc tamen*, C. de Revo. don. v. *tamen* Barb. in c. fin. de don. n. 23.

ADNOTATIO.

**A**D Num. 1. Cape instantiam; si quis decesseret fratri alicujus principis, sperans beneficium à principe, profectò non revocatur donatio propter ingratitudinem fratris, quia ex donationis intentione principalis donatarius est Princeps, à quo sperat remunerationem; ita etiam, quum Prælati ingratus sit, Denstamen (cujus mentio donatio facta est, & ad quem dicuntur pertinere bona Ecclesiæ Trid. sess. 21. c. 10.) liberalissimus remunerator est. Adde aliam rationem, quod delictum personæ non nocet Ecclesiæ ut priv. 2. 6. ex c. delictum de B. T. in 6.

PRIVILEGIUM XXIII.

Donatio facta Monasterio non revocatur propter superventientiam liberorum.

- 1. Redditur ratio asserti.
- 2. Explicatur difficultas lex in c. fin. 17. q. 4.
- 3. Quanta debent esse donatio, ut propter liberum revocari possit, est in arbitrio Iudicis.

**T**Ametsi supponatur illa sententia, quam mox citati tradunt in l. si unquam C. de Revo. donat. (quibusdam dissentientibus & parantibus d. l. tantum in Patrono donatore suo libero procedente) ut donatio revocari possit, si post eam discesserit contra spem nascantur liberi, quia si cogitasset de superventuris liberis, venisset non fuisset tantam donationem facturus: Nihilominus aliud dicendum est in donatione facta pijs causis, quia hec quilibet concecitur, non tam ligere liberos suos, quam extraneum, non tantum plus quam Deum, quam animam suam, &c. à deo etiam cessat donationis revocatio, nisi in quantum est necessaria ad complendam legatam liberorum. Cov. var. res. c. 19. n. 1. Panorm. in d. c. fin. de don. n. 6. Non obstat c. fin. 17. q. 4. ubi refert D. August. factum Aurelii Episcopi, qui Donationem suæ Ecclesiæ factam Deo

ENGEL

III